

SYMBOLORVM

&

EMBLEMATVM EX VO-  
LATILIBVS ET INSECTIS  
DESVMTORVM  
CENTVRIA TERTIA  
COLLECTA

*Compl. A. Cabell*

IOACHIMO CAMERARIO

MEDICO, NORIMBERG.

*aus theol. d. am. r. h. s. p. u. cum expurgatione permittit*

IN QVA MVLTÆ RARIORES  
PROPRIETATES AC HISTORIÆ  
ET SENTENTIÆ MEMORA-  
BILES EXPONVNTVR  
AN: SALVT. CIV. MD. XCVI .

HYRIS & ASPIRANTIBVS  
ZEPHYRIS

Exponyatus a 1723.

D. Andrade  
ca 1723



# AMPLISSIMIS


VIRIS, GENERE, VIR-  
TVTE, SAPIENTIA, AC DIGNITATE  
Præstantis. D. D. Consulibus ac Senatoribus  
Inclytæ Reip. Norimbergensis, Domi-  
nis suis observandis.

S. D.



VM IN PRIORIBVS DVABVS  
jam editis Centuriis, pluribus verbis  
ostenderim, ac diligenter declarare  
conatus sim, quo consilio ac instituto  
jampridem hæc mea ἡθικὴ φυσικὰ Sym-  
bola ac Emblemata, incipiendo à stir-

pibus & terra nascentibus, & inde progrediendo ad  
animantia terrestria, volatilia ac aquatilia, in manus  
sumserim, & subcisivis horis, quantum per alias inter-  
pellationes licuit, absolvere studuerim, ea omnia ite-  
rum hoc loco repetere & exponere, supervacaneum  
esse putavi. Quapropter tantum breviter ex illis non-  
nulla huc pertinentia, rursus paucis attingere & deli-  
neare visum fuit. Sunt autem tria potiss. quæ tam libe-  
ralis delectationis quàm honestæ utilitatis causa (præ-  
sertim propter studiosam juventutem, quæ ex his, ut  
spero, tanquam ludendo, seria colligere & inde non  
parum proficere poterit) tractanda suscepim, quæ singu-  
la quasi aptissimo quodam vinculo connexa, profecto  
multo evidentius, quam unumquodq; per se confide-



SYMBOLORVM  
ET EMBLEMATVM EX  
AQVATILIBVS ET REPTILIBVS  
Desumptorum.

*Sevilla Centuria Quarta Castellae*

A  
Joachimo Camerario Medi: Nor:  
coepa: absoluta post eius obitum.

Ludouico Camerario *J. C. to*  
Joach Fil. auctori damnati

In qua itidem res memorabiles pluri-  
ma exponuntur.

AN° SALVT: CID DCIV

## E P I S T O L A

ritatem illam Doctrinæ & Veritatis velut ἡδύσματα qui-  
 busdam condirent ac diluerent: non secus ac Medici  
 amatoria pharmaca ægris præbent ebibenda, oris po-  
 culi melle prius circumlitis, qua similitudine Lucre-  
 tius, & Themistius in Orat. quadam ad Nicomedenses  
 utuntur. Et hæc quidem totius poëseos, atque occul-  
 tæ philosophiæ ratio, hic scopus est, ut ab illis & per  
 illa, quæ cum voluptate in sensus incurrunt, mentem  
 hominis ad longè meliora, virtutis nempe & veritatis  
 cognitionem ac usum deducat. Cujus generis præter  
 parabolas, adagia, fabulas, vel in primis sunt, quæ Itali  
 suo verbo, *Impresas*, vocant, nos communiter *Symbole*  
 & *Emblematæ* dicimus. Et illi quidem nostro sæculo in  
 eiusmodi inventionibus præclarè excellere videntur,  
 qui certis etiam regulis & legibus rem definiunt.  
 Quos studiosè, dum vixit, secutus ~~quidam~~  
~~patris~~ pater meus, cum plura ex Italicis scriptis col-  
 lecta latino sermone illustravit, tum proprio studio  
 nonnulla invenit, ~~et quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~  
 Ediderat autem ex rei  
 herbariæ & animalium historia Centurias Tres: atque  
 in eo jam erat, ut Quartam etiam ex promisso ador-  
 nare inciperet. Sed vix rem aggressus fuerat, & in  
 ipso conatus exordio hei Mors invida manus in il-  
 lum injicit, ~~et quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~  
~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~ ~~quædam~~

~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~  
~~hunc~~

Nunc ego ut cunctanter, & amicis tandem magis, quam mihi ipse obsequens, accessi ad perficiendum, quod à patre cœptum erat: Ita quid præstare potui paulo exquisitius, adhuc valdè adolescens veluti projectus in hunc civilium negotiorum Oceanum, ut amœniorem litteraturam omnem non tam ob illa, quam metu & desperatione nescio qua dudum seposuerim? Quocirca à felicissimis illis ingeniis ignosci mihi æquum fuerit, quibus mira inveniendi facultate præditis, in ejusmodi scitè & subtiliter efformandis summa & absoluta perfectio contigit. Nobis sicut in colligendo parentis vestigia pressisse, ita physicis ethica, atque interdum historica quædam succinctè attexuisse satis fuit. Sane autem & Plutarchus de solertia animalium, affirmat, difficilius multo esse de aquatilibus, quam terrestribus disserere, quod horum exempla in occulto non sint, illorum autem ortus, nutritiones, mores, & insidias aquæ abscondant, atque ita ab hominum sensu & notitia occultent. Qua mente Oppianus quoque lib. i. de piscatione, pisces dixit ἀφράστis, αἰδηλον Ἰππλωσίους θάλασσαν, *obscuros, inconspicuum innatantes mare.* Et paulo post eodem libro I. subjungit Oppianus:





~~Text completely obscured by heavy black ink strokes.~~

~~Text completely obscured by heavy black ink strokes.~~

Λ ΙΜΜΑ-



XCVIII. 99  
NEC TE QVAESI-  
VERIS EXTRA.



*Non tibi tela nocent latitanti, erumpere at ausum* *viagos de domo ab*  
*Conspicunt: temerè qui ruit, ille perit.* *re hinc.*